Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XIV.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

destituti, non magis luce quam si quae tetrior pe-
stis esset, fame interibant. Et ut quid mali deesset, ministros illos nauticam urgebant sordes; longe
foediores aegrorum, quam contentia corpora infe-
stantes. Xaverius igitur postquam conspexit
navim, quae nobiliter affectis corporibus re-
fertam; memor eius, quod in ipso novae vitae ty-
rocinio imbiberat, insigne benignitatis ac chari- Magnitudo
tatisque suae specimen dedit. Et terruisset alium animi incre-
quod illum stimulavit, spectator videbat foeor dibilis
onerariae non aegris tantum, sed semivivis:
luem contagione vulgari serpere, foeda con-
pendentis mortis facies ante oculos erat.
At ille, formidine in misericordiam versa, satis
gnarus martyrii genus esse, humanae salutis
causa objicere se pestilentiae, afflictos omni
ope juvare statuit. Ergo morientium excreata
expiare; aegrorum corporum sordes abstergere;
linteas eorundem lavare vestes; coquere et
condire cibos, eosque comminutos in os ingere-
re, medicamenta ac sorbitiones sua manu
praebere languentibus; moestos benigne solari;
ad utriusque salutis spem excitare torpentes.
Ita promiscue aegris curae hilaritateque in-
serviendo, omnium etiam sanorum in se oculos
animosque convertit.

Aegris ministrat Mozambicum
appellit

Cap: XIV.

Mirantur utique in eo cognovissi omnium vitae
sanctimoniam, assiduum status huius studium
orationis, contemplationisque rerum Divinarum

paterna

paternam promissionis in omnes indulgentiam cari
tatemque. Quibus ille rebus effecerat, ut cum ceteris
omnibus, tum praecipue Goae Praetori, carus
simul ac venerandus esset. Franciscus quippe
Goae ab Rege ipso sub profectionem impen
sius commendatus, quo nullo magis efficacissimum commendationis genus, virtus ipsum com
mendabat. Proinde Praetor et Regis imperio
et voluntate sua, prolixe illi benigneque om
nia deferebat. Xaverius tamen abstinebat sem
per praemio: resque sibi necessarias à rectori
bus corrogans, alienam benignitatem excitabat
studio paupertatis suae. Quod ille institutum
adeo constanter retinuit, ut neque viri hone
sti ac nobiles ex Praetorijs cohortibus omni [illegible]
tota, neque Praetor ipse potuerit eum ab a
more summae paupertatis abducere. Caeterum
hoc majorem Xaverij apud Deum simul
hominesque gratiam et gloriam habet, quod
fraudans se ipse victu suo, perinde res
corrogatas à rectoribus, ut à Praetore [illegible]
signatas, benignissime dispertiret aegris.
Tenax utique disciplinae suae potu, parabilique
defungebatur cibo, ad naturae desideria sedanda
potius quam explenda. Nec vero interim vel
aegrorum sublevandorum cura intermittebat
vetus institutum tradendi Catechismi. Quotidie
servos, nautas, milites, religionisque rectores sa
lubrium rerum ignaros, simul religionis nostrae
mysterijs praeceptisque imbuebat, simul ad Chri
stianae vitae rationem aptis sermonibus acc

debat

In navi praeto-
rio miserat
Tonantes
paupertatis.

debat. Credere illum non tam frangi laboribus, sed
roborari. Id adeò non aliàs magis, quàm in illo
ipso Indiae cursu intellectum est. Namque ad summa
eius laborem ille quasi cumulus accessit, quod
is per maris tractus Zonam torridam, lineamque
ipsam aequinoctialem, haud ita multo post eius
notitiam transijt. Quo ferme tempore in illis
maris tractu, vel ex imminentis sideris solis,
vel ex tranquilli aequoris repercussu tam intolerandus existit aestus, ut nulla prorsus efflante
aura, valentissimi quoque robustissimique viri
exaestuantes, ac sudore fluentes, miserè languescant: utique cum in illis navium angustijs
conferti vectores vix liberum spiritum ducant,
et per illud tempus nullum ferè capere liceat
ex potione aut cibo solatium. Liquores quippe
omnes et cibaria, fervidi solis vapore corrupta
maxima ex parte /: quando lineam illam trans-
eunt sint naves :/ suos usus amittunt. Saepe
autem cessantibus ventis, multorum dierum
atque adeò hebdomadarum malacia existit tanta,
ut ingenti cum vectorum taedio naves immotae
loco nequeant. Itaque intolerabilis solis fervor
per totam ferè torridam Zonam pertinens, ut
febres graviores, ita crebriora funera inferre
praeternavigantibus solet. Eo igitur ipso tempore
ingruentibus morbis, in tanta nautarum
vectorumque strage, fame et siti passim aegrè
vitam trahentibus; Franciscus oblitus sui
tantam incommodorum molem pari virtute
sustinuit, quantum ad aegrorum molestias acce-
derat, tantas ad suas diligentias addendum sibi

Et quamquam

Labores pro- sentia Zonae torri- dae incom- moda

Et quamquam ipse quoque eod. sudore manaret, incredibili æstu oblanguescebat, tantus tamen animi vigor, tanta S. Spiritus, qui eum intus æstu temperabat, vis fuit; ut laborantibus moribundis ipsisque mortuis haud segnius quam valens navaret operam. Urgenti hac æquinoctialis plagæ molestiam perferenti, iamque citer illud terrarum mittit emersos major incessit metus; quia gravissimo periculo defungendum erat. Nihilo enim leniorem pestem cladesque

Bonæ Spei promontoriū

Bonæ Spei promontorium fœdissimis tempestatibus naufragiisque infame minitabatur. Quod promontorium ex eo nomen accepit, quod eius minis et periculis vitatis, tum demum spem concipiunt secundæ navigationis. Quippe eo loci Africæ mucro infinite excurrit in Australem Oceanum, versusque glacialem plagam; ibique duo maria longe maxima ex ambobus Africæ lateribus continenter procurrentia, adversisque agitata ventis, perpetuo inter se acerrime confligunt. Id vero potissimum usuvenit Junio et Julio mensibus, quo tempore illis locis, prorsus Europæ contrarijs, hyems est summa, quibus fermè ipsis mensibus id promontorium transcendendum est Indias e Lusitania petentibus. Etsi autem naves quo vitarent illius promontorij furorem atque impetum quam maxime declinent, in altum productæ, longissime recedere solent a terra; tamen periculum magis fugiunt, quam incommodum. Dum enim circum longo itinere circuflectunt, quo magis discedunt a Promontorio, hoc magis ad glacialem zonam accedunt, ita vero

procellae ſubito exultant, et intolerandae ingruunt
frigora. Quocirca ut naufragij periculum abſit, ipso
illo tamen certè navium jactationem effugere nequeunt
consequitur nausea. Hac igitur navium moleſtia, ut
aegris morbus, ita Franciſco laborem auxerit, opor-
tet: praeſertim cum aegros nauſeans ſi quid tempo-
re ac res ipsa ferebat; et ſibimet diſplicens, quam illa
caritatis munia exequeretur. Sed vicit divina vir-
imbecillitatem naturae, et animi conſtantia per-
turbationem compreſſit ſtomachi. Ita cum ſibi
ipſi deeſſet, nullo, ne difficillimo quidem, tempore
defuit aegrotis. Nec ſolum in praeſentia vectores
Indicae navigationis comites omni ope atque ope-
râ juvit, ſed etiam ſocijs, eodem deinceps pro-
fecturis, itineris initia ac vitae regulam in
poſterum reliquit, quam illi hodie Franciſco
auctore enixè tenentur; navibus, quibus ve-
huntur, non minori ſolatio ſunt, quàm adjumento.
Sosa igitur Praetor, ceterique Luſitani Bonae
Spei Promontorium circumvecti, eiusque mini-
longiſſimo circuitu aliquando tandem ſuperato,
laetitia ex timore geſtientes, ſeque et inter ſe,
ut ſolet fieri, gratulantes, praeter alteram Africae
litus, quod inter meridiem et orientem ſolem
ſpectare diximus, navigare coeperunt. Inde
DC. ferè leucas à promontorio provecti, cum
quinque jam totos menſes ceteri in perpetua
navigatione, Franciſcus in aſſiduo labore abſum-
ſiſſent; Mozambicum plurimis maximiſque de-
functi periculis in Augusti menſis exitu per-
venerunt, navigatione tuta magis quàm oppor-
tunâ. Navigatio in Indias semestris fermè eſſe
ſolet: namque è Luſitania menſe Martio profe-
cti, Goam tenent ferè initio Septembris. Quod
ſi incommoda tempeſtas, adverſique venti erunt
nin locin

malacia cursum earum moretur (quod tam accidit) Mozambici hyemare coguntur.

In Mozambici valetudinario ægros ipse ægrotus sublevat

Cap. XV.

Mozambiq insula

Mozambicum (ſic priores olim dicebant) Insula est modica, in Africæ ora vergente ad ortum Solis; cæterum Cæli temperie (subjecta est enim zonæ torridæ) quàm parum commoda & opportuna. In ea oppida sunt omnino duo, Lusitanorum unum, Saracenorum alterum amicorum. Distat ab Lusitania non quidem recta regione, sed flexibus navigationis anfractibusque leucarum millia amplius bina: ab India leucas circiter nongentas. Multo maxima pars itineris confecta jam erat; restabat pars fermè quarta. Sed Mozambicum serius, quàm opus erat, appulerunt classis; cum scilicet jam idonea tempestas, ventique deficerent. Itaque pariter ibidem omnes Hybernare necessitas coëgit. Mozambici ergo, cæteris corpora ex diutinæ navigationis jactatione reficientibus, neque tamen Xaverius laboris quàm cessationis patientior, nullam penè partem quietis capiebat, erudiendis instituendis sublevandisque ægris cupiditate flagrans. Nec dubito, quin totius jam Francisci operas in rudium institutione ægrorumque ministerio versatas legentibus, præter cæteros illud quoque succurret, quod mihi idem agitanti repetenti miraculo fuit: unde tantæ illi vires suffecerint, quæ totius tot ac tanta uno tempore onera sustinerent. Sed eximius ille vir erat incredibili corporis et animi robore præditus,

Corporis animique robur

divinaque